



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

9. Vtrum in Chronotaxi diluuij textus Latinus Hebræo, & Græco  
præferendus sit. ibid. q. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

17. Quimd. Puta mensem septimum ab anni principio, & dies 40. ab illis 150. seorsim numera: sic Arca quiesceret die 204. ab initio anni: aquæ verò de- crescent die 237. nempe diebus 32. ante aquarum decrementum. Intellige in measibus lunaribus. Sextò. In tricenarijs verò, Arca sisteretur, die 207. ab anni exordio, vigesima nona ante aquarum remissionem.

18. Septimè. Si ab anni capite denuo mensis septimus ducatur, & 40. dies imbrum in illis 150. præualentium aquarum intercipiantur: Arca statuetur die anni currentis 204. quæ incidet in octauam diluuij decresentis, in lunari- bus mensibus. Octauo. In tricenarijs aurem, Arcæ quies attinget diem 207. anni labentis, & vndeclimam eluuiionis paulatim decrecentis. Vide, si placet, Pere- grium lib. 13. in Gen. disp. 5. Petavius lib. 9. cap. 10. Salianum & Torniellum, ad annum mundi 1656.

## QVÆSTIO IV.

Vtrum in Chronotaxi diluuij textus Latinus, He- braeo & Græco preferendus sit.

1. In Hebraeo & Latino diluuij iniisse dicitur die 17. mensis secundi: in Græco <sup>in diebus tantum</sup> die 27. Gen. 7. 11. Arcam requieuisse die 17. mensis septimi habet Hebraeus <sup>differunt</sup> cum Chaldeo; Latinus & Græcus die 27. Gen. 8. v. 3. Sic nulla est de men- <sup>bitibus inter se</sup> fibus, sed solum de diebus controuerſia. De qua sine ambagibus existimo, cum authoribus citandis Latinum textum reliquis præferendū esse: quia plus operæ impendit Ecclesia in hoc, quam illis corrigendis & limādis: textum tamen He- braeum, aut Græcum absolutè falsitatis non condemnō. Licet enim nostra edi- <sup>Conclusio:</sup> <sup>tio nihil contineat, quod aut sacra fidei, aut bonis moribus, aut aperte veritati repugnet, & Tridentinum less. 4. decernat, ut hæc pro authentica habeatur; & vt nemo illam reiij cere quoouis prætextu audeat, vel præsumat: non videtur tam- men esse contra mentem Concilij, si quis suspiceret, eam editionem necdum ita plenè esse correctam, quin adhuc, aliqua loca minoris momenti perfectius limari & corrigi possint, vt norat Bonfrerius in præloquij cap. 15. sect. 5. & con- firmat authoritate Andreæ Vegæ, qui eidem Concilio interfuit, & Marcelli II. qui ante quam ad Pontificatum eueheretur, in illa Synodo Præses fuerat. Idem docet latius Serarius in Prolegomenis.</sup>

2. Arbitror igitur diluuij pluuias cœpisse die 17. secundi, Arcam in monti- bus Armeniæ quieuisse 27. die mensis septimi. Quod censem Del Rio, Corne- lius, Bonfrerius, Gen. 7. & 8. Petavius lib. 13. ad ann. m. 1655. lib. 9. cap. 9. & se- quentibus. Salianus ann. m. 1616. num. 7. & 48. Torniellus ann. m. 1656. num. 8. Chronicum Alexandrinum.